

IOANNES SINAPIVS FER.  
RARIENSIS PRINCIPIS MEDICVS, AD IO-  
annem Virdungum Hasfurdium, de laudibus Astronomi.

**S**Vnt quos conspicuos reddit honor grauis,  
Aut ingens titulus, fama; splendida.  
Sunt quos magnificæ nobilitant opes,  
Aurum mille seris fornix conditum,  
Vestes mollicatis pellibus inclytæ,  
Vel densis duplices uulpibus aut lupis,  
Et distenta nouis horrea frugibus,  
Et uino ueteri uasa tumentia,  
Pulsanti medio quæ digito silent.  
Et foetu rediens redditus annuo.

Sunt quos præualidis dextera uiribus,  
Proceriq; status corporis integer,  
Et uernans animi non trepidi uigor,  
Summis laude pares Regibus efficit.  
Insignesq; foro publicitus locat  
Erectis statuis centipedalibus.

Sunt quos eximios ingenij decor  
Fulgens ingenuis artibus exhibet,  
Morum quos decorat candor amabilis,  
Gestus compositi, formaq; bellula,  
Vultus blandiduli, melle a linguaq;  
Festiuq; sales, atq; factiæ,  
Flectens corda, quibus Mercurius fauet,  
Et mulcens animos, ora Venus mouet.  
Quos ornant faciles undiq; Gratiæ,  
Quos circumuolitant & iocus & lepos.

Sunt & qui ælebres asperioribus  
Attriti studijs sunt habiti sopher,  
Vel mensis etiam testibus aureis  
Insulptisq; Deum pro foribus, notis.  
Sublimes alios res aliæ uehunt,

Et